Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8219
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Succurrat tibi omnis chorus angelorum patriarchorum et
prophetarum Gubernat tibi chorus apostolorum
et martirum Angelus tibi chorus confessorum et
pontificum Adiuvet te omnis chorus sacerdotum
et levitarum et omnis ordo omnesque gradus ecclesie
Catholice fiat quesumus Domine hodie in pace locus
eius et habitatio eius in Hierusalem celesti Ob
ipse Domine servum tuum in bono Amen Libera Domine
animam servi tui. ex omnibus periculis inferni
et de laqueis penarum et ex omnibus tribulationibus
Amen Libera Deus animam servi tui sicut liberasti
Enoch et Helyam de vi mortis huius di Amen
Libera Deus animam servi tui sicut liberasti Lotz
de Sodomis et de flamma ignis ardentis Amen
Libera Domine animam servi tui sicut liberasti Mo
ysen de manu pharaonis regis egyptorum Amen
Libera Domine animam servi tui sicut liberasti ysaac
de hostia et de manu patris sui Abrahe Amen
Libera Deus animam famuli tui sicut liberasti
Moysen de manu pharaonis regis egyptorum Amen
Libera Domine animam servi tui sicut liberasti de
ysaac de hostia et de manu patris sui abrahe Amen
Libera Deus animam famuli tui sicut liberasti Job
de passionibus suis Amen Libera Deus animam servi
sui sicut liberasti Danielem de lacu leonum Amen
Libera Deus animam servi tui sicut liberasti tres
pueros de camino ignis ardentis Amen Libera Deus
animam servi tui sicut liberasti David de manu
Saul regis de manu Golie Amen Libera Deus
animam servi tui sicut liberasti Sanctam Susannam de falso
crimine Amen Libera Deus animam servi tui sicut li